



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-165907-p0001-3

DFG



F. S. num. 29.

23  
DISSERTATIO IURIDICA INAVGVRALIS

DE

PATRE VASALLO  
LIBERIS

## EXHEREDATIONE

VBL

INAEQUALI FEVDI DIVISIONE  
NE IVRE LONGOBARDICO QVIDEM

PRAEIVDICANTE

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIP<sup>E</sup>  
ET DOMINO

D N. FRIDERICO II  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQA

PRAESIDE

AEMIL. LVD. HOMBERGK zv VACH

IVR. DOCT. ET PROF. ORDIN. SERENISSIMIS HASSIAE LANDGRAVIS  
IN IUDICIO AVLICO A CONSILIIS

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
RITE CAPESSENDI

AD DIEM XIV MARTII C<sup>CC</sup>CCLXXI

H. L. Q. S.

ILLVSTRIVM ATQVE EXCELLENTISSIMORVM  
ACADEMIAE PROCERV<sup>M</sup> DISQVISITIONI

SUBMITIT

AVCTOR ET RESPONDENS

CAROL. CHRISTIAN. LAPP

ALLENDORFIO AD SALINAS HASSVS.



MARBVRGI CATTORVM

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

EXHEREDATIONE  
INAEQUALI FAVID DIVERSIONE  
THE VICE LONGOGRADICIS O'DWYER  
FREDERICI  
PATER AUSGALLO

REGTOLZ MAGNIFICENTISSIMO  
SERVASSIMO AC TOTENTISSIMO TRACTUS  
AT DOMINA

DE PRAECEPTORI  
HASSIAE TURDGRADIO EDITIONE

ALM. P. A. HONORIO  
ANNO MDCCLXVII  
IN LONDINIENSIS LIBRARIA  
PER THOMASOS COWPER

SUMMOS INSTRUMENTA PROSES ET PRACTICIS  
KANTORIUS ET CANTORIUS

DE DIES XIX MARTII Quidcunque

LEAVESTRANM ATOMA RICULTAMENTISOMA  
VOGLIEMME SERGIOUM DISQUAITIONI

VAGATOR ET CANTORIUS

CAROL. CHRISTIAN. LAPDFURTH  
ALLENDOPIO AD SALINAS HASSIA

MARBARCI CATTORE

EX OFFICINA ALBODRAPHICEN FRANCISI ANDRIE MDP

ILLVSTRISSIMIS  
ATQVE  
EXCELLENTISSMIS  
DOMINIS  
DOMINIS  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
HASSIAE LANDGRAVII  
RELIQVA  
IN GEORGIO  
SANCTIORI SENATV  
ADMINISTRIS STATVS  
ET  
CONSILIARIIS INTIMIS

III  
DOMINIS  
IACOBO SIGISMUND  
WAITZ L. B. AB ESCHEN  
ADMINISTRO STATVS

NEC NON

CAMERAE QVA RES BELLI ET DOMANIALES DIRIGVNTVR  
DIVERSORVM ITEM COLLEGIORVM PRAESIDI  
SPLENDIDISSIMO  
AVREI CATTORVM LEONIS  
EQVITI

DOMINO

LEONHARDO HENRICO  
LVDOVICO GEORGIO  
L. B. A CANNIGIESSER

ADMINISTRO STATVS

ATQVE

SUPREMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS  
PRAESIDI EMINENTISSIMO  
ACADEMIARVM CURATORI VENERANDO  
SVMMI EIVSEM ORDINIS  
TVM EQVITI TVM CANCELLARIO  
DIGNITATE PRAEFVLGENTI

NEC NON  
VIRIS ILLVSTRI DIGNITATE CONSPICVIS  
DOMINO  
CORNELIO KNOBEL  
IN SVPREMO APPELLATIONVM TRIBVNALI  
CONSILIARIO SENIORI  
DOMINO  
GEORGIO LENNEP  
IN EADEM SVPREMA CVRIA CONSILIARIO MERITISSIMO  
ATQVE  
IN SANCTIORI CONCILIO  
REFERENDARIO GRAVISSIMO  
NEC NON  
DOMINO  
SIGISMVNDO GVILIELMO  
AB HAGEN  
IN REGIMINE ET CONSISTORIO  
QVAE CASSELLIS SVNT  
CONSILIARIO DIGNISSIMO  
FAVTORI OPTIMO  
COGNATO  
MVLTIS NOMINIBVS SVSPICIENDO

VIRIS  
TAM MVNERVM DIGNITATE  
QVAM MERITORVM GLORIA INCLYTIS  
ATQVE DE PATRIA VNIVERSA  
OPTIME IN DIEM MERENTIBVS  
LITERARVM STATORIBVS MAXIMIS  
MAECENATIBVS ATQVE PATRONIS  
SVIS  
QVALESCVNQVE  
STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS  
DEVOTISSIMI OBSEQVII  
REVERENTIAE TESSERAM  
SE FORTVNAMQVE SVAM COMMENDATVRVS  
SACRVM FACIT  
TANTORVM NOMINVM  
CLIENS ET CVTOR PERPETVVS  
C. C. LAPPE.



## §. I.

## INTROITVS

 **V**t, quotquot ad summos in iure ho-  
nores adspirant, specimen aliquod  
edant, non huius tantum Acad-  
emiae, sed omnium, quotquot sunt,  
postulant mores. Nec me hac le-  
ge exemptum fore satis superque in-  
telligo. Igitur, quid valeant humeri, quid fer-  
re recusent? tentare inuabit. Cogitanti autem  
de themate dissertationis inaugurali, inter varias  
iuris controuersias arrisit nobilissimae Iurispru-  
dentiae partis argumentum, quatenus pater Va-  
sallus testamentaria dispositione praeiudicare li-  
beris in alladio succendentibus quoad feudum  
possit? Quae quidem quaestio, vti yna de causa  
**A** non

2 DISSERTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS

non mouetur, ita, quatenus *exhereditatio*, vel *inaequalis feudi diuisio* a patre facta effectu non destituatur et valeat? disquisitione haud indignum visum est. Quod argumentum pro viribus, quas sentio quam sint exiguae, subtimidus sane pertrahere aggredior. Dixeram de eo quod iure Longobardico iustum est circa testamentum Vatalli? an et quatenus iudicium defuncti de feudo disponentis sequendum sit? Eo cum deuentum est, disputant, ut solent, Doctores; et in tanto sententiarum diuortio caeteroquin vix ac ne vix quidem satis patere videtur, in quas partes eundum sit cuiusue sententiam amplecti debeamus. Summi enim ab utraque parte stant viri, quorum fama, totum, quantus quantus est, eruditum et olim et hodie impleuit orbem. Quis HORNIVM, WERNHERVM, LEYSERVVM, PVFFENDORFIVM, quis praecolla nomina VULTEII, SCHRADERI, ROSENTHALII, ITTERI, CARPZOVII, STRYKII, WOLFFII, atque L. B. DE CRAMER, ea qua pars est veneratione in memoriam sibi non reuocet? Et tamen contrariam plane ab iniicem eos sequi sententiam quis est qui ignorat, aut facile non intelligit? Quantacunque autem tantorum Virorum, quam nos etiam vel maxime suspicimus, habeatur auctoritas, liberum tamen

pro

DE PATRE VASALLO LIBERIS NEQVE CET. 3

pro libertate academica; de quaestione proposita ferre liceat mihi tale quale iudicium. Sententiam meam, cum argumentis potius, quam auctoritatibus atque praeiudiciis corroborare animus sit, tantum abeit, vt ad palestram hanc publicam tergilueranter accedam, vt ingenuo potius studio pro viribus in eadem versari animo constitutum sit.

§. II.

NOTIO TESTAMENTI

Ad ipsam thematis tractationem antequam transeam, ex doctrina de testamentis nonnulla in medium proferre, non abs re erit. Recti ordinis methodus exigit, vt testamenti notio euoluantur. Ictus quidem, Testamentum est, ait, (a) voluntatis nostrae iusta sententia, de eo quod quis pot in mortem suam fieri velit. Sed latius definitio suo ea videtur patere, quum et quamvis ultimam voluntatem in genere complectatur. Praestat itaque a G. A. STRVPIO (b) tradita, secundum quem est legitima et directa, a persona habili facta designatio habilis successoris in vniuersum ius, quod ipse post mortem reliquit: vel breuius: ultima voluntas, continens heredis

A 2

instl.

(a) L. I. pr. D. Qui testam,  
facere possunt.

(b) Iurispr. Rom. Germ. Lib.  
II, Tit. 15. §. 4,

DISSE

DISSERTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS

institutionem directam; utpote qua testamenti substantiam absoluī nemo ambigit.

§. III.

RATIO TESTAMENTORVM AYD. ROMANOS

Mirto varias testamentorum divisiones et ad fata illorum ex antiquis Romanorum moribus enarranda paucis me accingo. De testamentis Romanorum tria notanda veniunt tempora. Primo quod fuit, ante leges XII, Tabularum; secundo tempus ipsius legislationis decemuiralis, et tertio denique illud, quo testamenta sic dicta Praetoria in usu esse coeperunt. Quod primo ad testamenta ante leges XII Tabularum condi solita attinet, duorum generum illa fuisse res notissima est. Nempe in pace alterum, alterum in procinctu. Primo testamentorum genere iam sub regibus usi sunt Romani (a) in comitiis calatis (b) praevia sollemni rogatione ad uniuersum populum. Hinc testamenti factio erat iurispublici, etenim leges de successione nonnisi noua lege tolli, nec sola testatoris voluntate in alium transmitti ius successoris poterat. Vnde porro est, ut qui non par-

ticeps

(a) Teste I. G. HEINECCIO ZONIO in *Dissert. De lege Vo-*  
*in Antiquitat. Rom. Lib. II. conia pag. 134.*  
Tt. 10. 11. 12. §. 1. et PERL. (b) BUNKERSHOEK *Obs.*  
*Lib. II. Cap. 2. pag. 113.*

ticeps esset iuris Comitiorum, actiuia neque passiuia testamenti factione gauderet. Periodus altera continet ipsam legislationem decemuiralem qua cautum erat; PATER FAMILIAS UT LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELAVE SVAE REI ITA IUS ESTO. Quo quidem in argu-  
mento enixe adeo versatus est I. G. HEINEC-  
CIVS (c) ut eidem pluribus nonnisi arroganter  
immorati quis posse videatur. Sequitur testae-  
mentorum epocha tertia qua Praetor ex testa-  
mento saltem septem signaculis munito se bono-  
rum possessionem daturum promiserat. Vide  
demum temporis successu enata est illa in Germa-  
nia recepta et (d) in hunc usque diem testandi  
forma, de qua adiisse iuuabit eundem, quem ho-  
noris causa nominauimus HEINECCIVM (e)

§. IV.  
TESTAMENTORVM IN GERMANIA VSVS SERIOR

Germanicae originis gentis pactis sic dictis  
successoriis, Romanis plane incognitis, iura suc-  
cessionis determinasse, inter omnes constat. (a)

A 3 An

(c) in Dissert. de origine et  
progressu testamenti fact. §. 16.  
in Opusculis pag. 971. (b)

(d) Ordinatio Notariorum  
de 1512. cap. viii. nro. 11.

(e) l. c. §. 22. pag. 993. EV.  
OTTO ad Institut. pag. 244.  
§. 4. OS. II. 1. capit. 507. 508.

(a) Fautor et praceptor  
maxime colendus illustr. Dn.

6 · DISSERTATIO IVRIDICA VINAVGVRALIS

An autem, et ex quo tempore testamenta apud illos in usu esse coeperint? <sup>Si</sup> altioris indaginis quaestio semper visa est. Minimum ponum erit nos I<sup>CT</sup>is fuit, in diuersas plane abeuntibus sententias. <sup>Si</sup> Litis ansam dedit enucleatum c. TACITI: (b) heredes successoresque sui cuique liberi, et NVLLVM TESTAMENTVM. Quae verba licet clariora sint, quam ut interpretatione et enucleatione indigere videantur, in illis interpretandis tamen mire se torquent viri docti; quibusdam, testamenta quidem haud incognita maioribus nostris, non vero tanta sollicitudine, et scrupulosa subtilitate confecta fuisse, putantibus, quam apud Romanos; aliis e contrario de testamētis scriptis locum TACITI intelligendum esse existimantibus; ut taceam aliorum opinione, de quibus omnibus STRYKIVS, (c) cuius tamen sententiae, si accuratiori mentis trutina eam perpendamus, calculum qualecumque nostrum adiicere non possumus. (d) Ex veriori sententia nullus olim apud maiores nostros omnino vius

DE SELCHOW in Elementis Iuri Germani §. 623. pag. 722. edit. de 1767. ibique I. H. BOEHMERWS. (a) (b) DE morib[us] Germ[ani] cap. XX.

(c) De successione ab intest. Dīs. VIII. Cap. I. §. 2.

(d) argumenta STRYKIS sub examen vocavit I. G. HELNECCIVS in Iure Gentium II. T. 6. §. 143.

vsus testamentorum fuit, (e) Neque etiam moniente s. PUFFENDORFIO (f) villa apparet, ratio, quare tantopere testamenta desiderare debuerit gens thesauros tunc cumulare nescia et paupere suppellectili contenta, cui ex segete, peccore, et venatu vix amplius quaerebatur, quod viuti quotidiano eique simplici sufficeret. Satis mature, piis tamen artibus praeprimis clericorum, quo animae consulerent moribundi, introducta esse testamenta, Viris doctis iam pridem obseruatum est. (g)

§. V.

**NOTIO FEVDI SVCCESORVM FEVDALIVM  
ET SVCCESIONIS FEVDALIS**

Quibus paelibatis, de testamentis Romanorum, nec non Germanorum, ad tractationem thematis ipsam proprius transire fas erit. Quod ipsum

(e) *Per illustr. Dn. A. G. ESTO RIS Rechtsgelehrsamkeit der Teutschen T. III S. 2904 pag. 1002. G. CHRIST. GEBAV. EKVS. in Vestig. iur. German. Dissert. 13. pag. 565. L CHR. DITMAR. S. in animaduers. ad Tacit. pag. 127. nr. 8. CONSILIA HALLENSIA Tom. I. Lib. 2. resp. 67. nr. 22. Dn. DE SELCHOW I. c. §. 640. pag. 739. I. HENR. DE SUMMERMAN in Dissert.*

*de origine et progressu testamenterorum. Cap. III. Sect. 2. §. 2. Lemg. 1736. I. FR. W. DE NEWMANN de hereditate et success. Princip. in meditationum iuris priu. princip. P. V. Sect. IV. T. 19. pag. 603.*

*(f) in iure nat. et gent. Lib. IV. Cap. 2. §. 18.*

*(g) I. AD. KOPPIVS de Testam. german. §. 2. Francof. 1736, ibique THOMASIVS.*

ipsum uti boni ordinis ratio postulare videtur, ita, siue etymologiam, siue definitionem feudi spectemus, mirum in modum per sententiarum diuertia distracti hantur Doctores. (a) Cuius quidem diffensus rationes siue in eo quis ponat, quod vel ipsumius feudale varios tradat significatus, (b) siue aliunde eas repetendas existinet, nobis eminentiores notasse sufficiat. Alterum, quo sumitur pro iure; alterum, quo rem denotat. Priori sensu est facultas moralis re aliena immobili plenissime utendi, fruendi alicui ex benevolentia domini, sub conditione mutuae fidelitatis concessa. (c) Posteriori significatu denotat rem cuius dominium utile, reseruato dominio directo, alteri conceditur sub lege mutuae fidelitatis specialis. (d) Successio feudalnis dupli cititer accipitur sensu. Successionis sensu latiori omnis acqui-

(a) Definitiones feudi a Doctoribus propositas sub examen vocarunt beatus DE SENKENBERG in primis lineis P. II. cap. 7. HVLD. AB BYBEN in elect. I. P. Cap. II. HORNIUS in Iurispr. Feud. Cap. II. §. 7. Magnificus uniuersitatis huius literariae Cancellarius Perilliusr. Dn. ESTOR in Observatio. Iur. Feud. obs. 2. 10. CHR. GEBÄVERVS in Originibus Feudi: per tot. Lips.

1734. ER. C. BVRI Erläuterung des teutsb. L. R. Cap. I. §. 6. pag. 46. beatus A LVDEWIG in Iur. Feud. Sect. II. Cap. I. §. 3.

(b) II. F. 23. II. F. 8. et 33. I. F. 14. I. F. 25. I. F. 6.

(c) I. W. VITERI Quæst. I. Feud. Cap. II. qu. II.

(d) G. E. BOEHMERI principia Iuris feudalnis. §. 2.

DE PATRE VASALLO LIBERIS CET. 9

acquisitio fendi derivatiua venit; sensu speciali seu stricto denotat modum, quo morte vasalli, cui id iure obtigerat, illud in alium, eodem, quo is illud possederat iure deuoluitur eidemque acquiritur. Is vero, in quem haec successio deuoluitur *Successor feudalis* audit. Prout iam ipsa successio vel ordinaria est, vel extraordina-  
ria, successores in ordinarios et extraordinarios diuiduntur. Ordinariorum nomine veniunt o-  
mnes, ad quos feudum secundum inuestiturae  
legem deuoluitur. (e) Extraordinarii vero di-  
cuntur, qui alio modo quam ex inuestiturae suc-  
cedunt. (f) In omni omnino feudo successio-  
nem hereditariam et non hereditariam, ut hoc  
addamus, statuunt alii, (g) et dum illam ad li-  
beros, hanc ad agnatos referunt, distinctionis  
vsum in eo fundatum esse, sibi persuadent, quod  
agnati iure proprio, liberi vero non aliter, ac si

patris

(e) *I. F. 14. I. F. 50.*

(f) *G. L. BOEHMERI Dis-  
sert. et indole et natura expectat.  
inuestit. Cap. IV. §. 98. IDEM  
in dissert. de successione fratrum.  
§. 2.*

(g) *LIPSIENSES praepri-  
mis IO. GOTTL. BAEVERVS  
de vasallo exheredante. per tot.  
Idem de communi Saxon. manu*

§. 2. IOH. GOTTL. SIEGE-  
LIVS de consolidatione temp.

§. 7. C. F. HOMMELIVS ad  
MASCOVIVM de lute Feudo-  
rum Cap. X §. 38. pag. 337.  
eandem thesin nouiter defen-  
dit HENR. GOTHER. BAE-  
RVS de *Testamenti factione Va-  
salli* §. II. Lipsiae 1768.

B

10 DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

patris heredes existerent, ius succedendi sibi vindicare possint, ideoque illos non beneficio primi acquirentis, sed beneficio patris, et per patrem succedere arbitrantur. Agnatos quidem *iure proprio* succedere dubio caret, nec id vnumquam quis negauit. Sed tamen in filiis idem ius obtinere, nec eos *iure hereditario* vnumquam succedere ego sane, vtut virium quas noui tenues, gnarus, tamen contenderem. Quemadmodum vero haec per transennam dicta sunt, ita plenior ea de re dicendi locus erit infra §. X. quo loco dissentientium argumenta non tantum propone, sed etiam ad ea respondere annitar.

§. VI.

FEUDVM EST VEL HEREDITARIVM, VEL EX  
PACTO ET PROVIDENTIA TALE.

Distinctionem feudorum in hereditaria, et ex pacto et prouidentia talia quoad verba cum ignoret ius feudale, Doctorum placitis ea originem debere, quis est qui nescit? Quidquid sit, vtut BVLGARO et PILEO vulgo et vnanimiter fere adscribatur, (a) distinctionem ipsam velut iuri beneficiario haud aduersam (b) probant omnes, licet

(a) C. H. HORNIUS in *Jurisprud. Feud. Cap. IV. §. 33.* nr. 1. a.  
HENR. ROSENTHAL de *feudis* 3.

Cap. II. Concl. 33. nr. 1. a.  
(b) II. F. 50. II. F. 2. §. 2.  
3.

licet si definitionem desideres, singulos ingenio quoque suo eum in modum indulgere videas, ut, dum in labyrinthum incidisse multos dixeris, his, qui se extricare nequeunt, Ariadne filo opus esse, aliis vero iusta de incertitudine tanta conquerendi causa suppeterem videatur, eo, quod rem impeditam magis, quam expeditam reliquise videntur. Vnde, quamvis rectam ab omni parte ideam utriusque feudi sibi formare perquam difficilis res sit, tamen periculum in re ardua fecisse iuuabit, considerando feudum *hereditarium* duplice respectu vocari posse, primo; sensu generali quo *feudum* in heredes transmissibile denotat, et personalissimis contradistingui poterit, hodieque omnia prorsus *feuda hereditaria* suo modo vocari omnino possunt. (c) Deinde sensu alio, et quidem stricto, *feudum*, in quo pacto contrahentium Domini nempe atque Vasalli communi *feudorum naturae*, vel quoad successionem, vel quoad dispositionem, vel quoad utrumque derogatum est. (d) Priori casu, si regulae successionis, et dispositionis allodialis placuerunt, *feudum mere et absolute hereditarium*

B 2 audit.

(c) H. CHR. DE SENKENBERG. c. §. 294. G. A. STEU-  
VIVS in Synt. Iur. Feud. Cap. IX. §. 1. nr. 6.

(d) F. R. LAUR. WILH.  
MEYERI Dissert. de successione  
ex pacto et prouidentia maiorum  
Cap. I. §. 10. Altorfii 1759.

## 12 DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

audit. (e) Posteriori vero, si vel in solo modo succedendi, vel ratione facultatis disponendi tantum a communi feudorum natura recedit nomine *mixti* vel *secundum quid hereditarii* feudi insignitur. (f) Vtrorumque naturam atque indolem ex literis uestiturarum dijudicandam esse satis patet. Sed quid in dubio praesumendum? non immerito quaesueris. Et sane, quia partes in omni negotio quam minime omnium recessisse praesumendum est a iure communi, neque ea humani ingenii ratio est, ut libertate disponendi de bonis suis quis se ipsum, vel heredes suos priuet, pro mixto potius praesumptionem capiendam esse ego quidem existimauerim. (g) Feudis hereditariis vtriusque generis opponitur *ex pacto et prouidentia* tale. Sunt autem haec feuda: in quibus pacto contrahentium tam quoad fuc-

(e) De genuina formula-  
rum concessionis interpreta-  
tione acerrime controvexitur.  
Conf. HORNIVM l. c. Cap. IV.  
§. 34. I. BALTH. DE WERN-  
HER Obseruat. Forens. P. I. obsf.  
220. LAMBERTHVM de ge-  
nuinis et spuriis feudi herediti-  
notis. in G. A. SENICHENII  
thesauro Iur. feud. T. II. pag.  
609. C. FRID. HOMMELIVS  
in Rhapsodia quæstionum in fo-

ro quotidie obuenientium. obsf.  
272. pag. 353.

(f) G. A. STRUVIVS l. c.  
Cap. II. Concl. 33. nr. 42.

(g) I. VLR. l. b. DE CRA-  
MER von Verleihung derv Gü-  
ter zu rechten Erbleben. T. II.  
Opusc. pag. 701. I. CHR. DE  
SENKENBERG Einleitung zu  
der Lehre von den Erb- und Erb-  
mann Lebn. Gieffue 1744.

successionem, quam quoad dispositionem de feudo Vasallo permisam, modus iure feudali praescriptus, in omnibus ac singulis capitibus retentus, nec quidquam immutatum in eo est, quod speciem qualitatis allodialis referre videatur. (h)

## §. VII.

TESTAMENTI AVCTORITAS INTVITV FEVDI  
MERE HEREDITARII

Feudorum successionem, inuestitura regulariter deferri neque quidquam in successorum praeiudicium a Vasallo fieri, aut ius succedendi illis quaesitum vlo modo interuerti posse, principiis iuris feudalis conuenienter hucusque recte nobis statuisse videmur. Quo posito et testamentum de successione conditum prorsus nullum esse et legibus auersari sequitur: imo licet iusta consequentia id hinc non colligeretur, tamen ex verbis textus expressis; nulla dispositione testamentaria de feudo manente vel valente eidenter pateret. (a) Quod quamvis tam certum sit, quam quod certissimum, hanc successoris legem immutandi facultatem speciali ratione interueniente Vasallo competere posse, nec

B 3 ego

(h) CAR. HENR. MÖLLE. L. MEYERVS l. c. §. 10.  
RI. Vfus pract. distinct. feud. (a) I. F. 8. pr. II. F. 9.  
Cap. IV. distinct. 14. FR. W. II. F. 55.

ego, nec alii negauerint. Id quod triplici tantum modo contingere posse affirmo. (b) Scilicet: *investitura*, curiae feudal is obseruantia; vel denique ipsa fendorum quorundam *natura* id permettente. Ad casum posteriorem spectat *feudum hereditarium* merum; quod allodio excepta fidelitate, tam quoad successionem, quam quoad alienandi facultatem omnigenam plane aequiparatur. Proinde in illud non primo acquirenti, sed ultimo possessori, non sanguinis, sed mero hereditario iure succeditur. (c) Quin eousque processisse nonnullos videoas, (d) ut plenum istius feudi dominium in Vasallum transferri asserere haud veriti sint; quasi inter allodium et *feudum hereditarium* ne vel tantillum differentiae supersit. Verum ita se res non habet. Quamuis enim ius Domini directi in eo se haud exserat, ut alienationem tam inter viuos quam per ultimam voluntatem hinc omnimodam Vasallo interdicere, vel heredem secundum ius civile succendentem ab hereditate arcere possit; in eo tamen illud saluum

atque

(b) I. IAC. MASCOVIVS l. c.  
Cap. X. §. 37. G. L. BOEHMERIC  
RVS l. c. §. 294. ibique allegati.

(c) I. W. ITTERVS l. c.  
Cap. XIV. qu. 4. BAYERVS in  
der Erläuterung des teutschen L.  
R. pag. 377. I. C. ROTHIVS

in *Dissert. de Feudo hereditario.*  
§. 6. in IENICHEMII Thes.  
Iur. Feud. Tom. II. pag. 569.

(d) DR. DE BERGER in  
Elect. Discept. Forens. pag. m.  
1250.

atque conspicuum videtur, quod Vasallum fidem clientelarem praestare oporteat, negligentem vel contumacem beneficio priuare, (e) nec impedire queat, ut si Vasallus sine herede testamentario, vel ab intestato decedat, ius Vasalli in manu dirigente cum dominio directo consolidetur. (f) Quamobrem eiusmodi feudi intuitu ultima elogia omnes sortiri effectus quos habent in allodio, per se patet. (g) Sed illustrationis causa principaliores in medium proferre licebit. Vasallus hoc feudum fideicommisso relinquere potest non tantum, sed etiam, si defunctus feudi possessor hereditatem suam vniuersali fideicommisso grauasset, fiduciarius heres etiam feudum restituere tenetur. (h) Filium exheredem scribere etiam feudi huiuscce intuitu Vasallus obseruata forma iure ciuili praescripta potest. (i) Cum enim

pater

(e) IOH. A. HELLFELDVS *PISTORIS Quæst. Iur. Lib. II.*  
in elementis *Iur. feud.* §. 261.  
edit. de 1750. C. F. HOMME-  
LIVS *I. c. obs. 272.* pag. 353. nr. 4.

qu. 1. nr. 61. ANDR. GAILIVS  
in *Obseruat. Lib. II. obs. 154.*

(f) I. G. BAVERVS *de com-*  
*muni Saxon. manu* §. 23. G. E.  
DEINLIN *de exclusione Fisci.*  
in G. AVG. LENICHENII *thes.*  
*Iur. Feud. Tom. II. pag. 740.*

(h) HENR. DE ROSEN-

THAL *I. c. Cap. VIII. Concl. 6.*  
nr. 2. MENOCHIVS *in Consi-*  
*luis. Conf. 529. nr. 25. CONSI-*  
*LIA MARPVRG. Vol. II. Conf.*  
26. nr. 119. et 158.

(g) G. AD. STRVVIUS *I. c.*  
*Cap. IX §. 12. HENR. DE*  
*COCCEII hypomnemata Iur.*  
*feud. Tit. 9. §. 12. HARTM.*

(i) LVD. SCHRADERVS *in*  
*Tract. de Feudis. P. VII. Cap.*  
2. n. 39. LUDWELL *in Synopsi*  
*Iur. Feud. pag. m. 213.*

pater nulla etiam allegata causa filium, modo legitimam ipsi reliquerit, a feudo huiusmodi ultima voluntate arcere et extraneo illud relinquere possit, quid obstat, quo minus exheredationem rite factam effectum sortiri dicamus? Num vero ut dispositio talis testamentaria valeat, domini consensus requiratur, pro more disputant Doctores. Negantium cohorti eo in primis ex fundamento accedendum milii videtur, quoniam contractu inter Dominum atque Vasallum id saltem implicite actum esse videtur, ut Vasallus quandocumque occasio ferret, vel ipsi libuerit, ad alienationem omnimodam, tam inter viuos, quam per ultimam voluntatem procedere possit. Generalissimo consensu tutus, ad alienationem iure suo progreditur Vasallus et irrequisito licet domini consensu feloniae reus haud existet. (k) Interim, ut Domino eius rei notitiam faciat haud dissuaderem. Nec dubium videtur, quin pro liberrima, quae horum feudorum natura est, testandi facultate, feminae quoque institui queant. (l)

### §. VIII.

(k) I. AVG. HELLFELD l. c. P. VII. Cap. 2. nr. 44.  
l. c. §. 249. HENR. ROSENTHAL l. c. Cap. VII. Concl. 6.  
nr. 1. LVD. SDHRADERVS (l) HOMMELIUS l. c. pag.  
354. et Obs. 173. pag. 163.

DE PATRE VASALLO LIBERIS NEQVE CET. 47

§. VIII.

FEVDVM EX PACTO ET PROVIDENTIA VASALLVS  
NEC ALIENARE NEC TESTARI DE EO POTEST

Facultatem testandi de feudo hereditario Vasallo regulariter competere paragrapho antecedente dictum est. Alia longe feudorum ex pacto et prouidentia maiorum ratio est, utpote de quibus Vasallum disponere non posse manifestum esse puto. Quod dum primo omnium loco praesupponimus, non ea de causa, id fieri quis existimet, quod feudum sit res aliena, sed ideo quia licet Vasallus iure dominii utilis tantum gaudeat, id ipsum tamen admodum restrictum sit legibus, hinc vero alienare illud nequeat, sed ei, qui ex pacto primi acquirentis et legum feudalium dispositione ipsi succedendi in eo quaesitum habet, relinquere tenetur. Quemadmodum igitur ratio prohibitionis in qualitate feudali, minime vero in personae inhabilitate fundatur, ita heredem in feudo testamento instituendo neque successori legitimo neque domino praeiudicare potest. (a)

§. IX.

(a) I. F. 8. pr. II. F. 9. §. 1. II. F. 55. pr.

## §. IX.

VNDE EXHEREDATIO INTVITV FEVDI  
EFFECTV DESTITVITVR

Quamobrem quid de exheredatione patris  
in feudo eiusque effectu dicendum sit, pater.  
Scilicet nihil agitur. (a) Exheredatio nempe  
cum, ut studio iuris leuiter tincti non ignorant  
exclusio a legitima sit, vix est, quod moneam,  
exheredationem ipsam in illis tantum bonis effe-  
ctum sortiri, quae legitimae partem constitueret  
possunt et libero testatoris arbitrio subsunt.  
Vnde mirum alicui haud videatur, quod cum  
feuda Vasalli dispositioni haudi subesse con-  
stet, hinc vero exheredationis in iure feudali  
sive Longobardico sive Germanico nec vola  
nec vestigium exstet, omnia, quae in scriptis Do-  
ctorum de illa passim leguntur, benignis Icto-  
rum ingenii semper quid noui molientibus ad-  
ditum.

(a) HERM. VVLTRIVS de Iur. Feud. Cap. XIV. §. 21. 10.  
Feudis Lib. I. Cap. 19. nr. 76. LAC. MASCOVIS de lage feu-  
dorum Cap. X. §. 38 pag. 185.  
ib. 12. SAM. STRYKIVS de illius. Da. DE SELSHOW I. c.  
Caut. Testam. Cap. VI. m. I. §. 641. pag. 741. DE SENKEN-  
§. 5. 10. SCHILTERI Institut. BERG I. c. §. 290. 10. P. A LV-  
Iur. Feud. Cap. V. §. 24. not. c. DEWIG ad STRYKII Exam.  
ex editione G. CHR. GEBAVE-  
RI. Lissiae 1728. I. G. WOLF.  
FIVS I. c. Cap. XII. §. 13. 10.  
LAV R. FLEISHERI Institut.

pag. 200. et qu. 47. pag. 288.  
Dissentit LEYSERVS Spec. 358.  
med. §. 11. pag. 333. (6)

scribenda esse arbitremur. <sup>a</sup> Inde tot sententiarum diuertia, tot difficultates. Docentes aequaque ad discentes, iudices ac causarum patronos prementes bonam partem enatae. Qua enim ratione aliquis facultatem exheredandi concederet patri in bonis, quae eo tempore, cum exhereditationi modus poneretur, ne cognita quidem fuere Romanis, quin talibus, in quibus, si naturam eorum ex legibus feudalibus aestimemus, prius patris morte exspirat. Filius enim non patris beneplacito, sed ex prouidentia et pacto maiorum ad feudum adspicit. (b) Cui prouisio legalis accedit, qua pater omnino et simpliciter prohibetur testari de feudo. Iam vero cum nulla prorsus defuncti ordinatio de feudo queat subsistere, qua ratione aliquis valere statuere possit exhereditationem, quae nonnisi testamento fieri potest, ego quidem non video. Quare illorum sententiae accedendum mihi videtur, qui textui *I F. 8. pr.* firmo tali inhererent ideoque omnem patri dispositionem denegatam esse censem neque ad extraneos eius vim restringunt. (c) Et sane

## C 2 licer

(b) *Consilia Hallens. T. II. L. 2. nr. 6. pag. 963.*

(c) *MICH. GRASSI Receptae sentent. §. 14. nr. 19. BENEDICT. CARPOZI Disput. Feud. Dissert. V. thes. 16, LV-*

*WELLI Synopsis Iur. Feud. Cap. IX. pag. m. 182. KNIPSCHILD de Fideicommissis fam. Cap. IX. nr. 109. I. G. WOLFFIVS in Elem. I. Feud. Cap. XII. §. 10.*

201 DISSERTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS

licet laudatus textus deficeret, ex natura feudi eandem sententiam defendi posse et debere conten derem. Res quippe ex contractu tertii debitai, vel ius quodcumque quaesitum, nec filio, nec aliis quibuscumque a patre pro lubitri eripi pos test. (d) Causas vero ex heredationis iure comi muni approbatas ad feuda Romanis incognita extendi non posse, res ipsa loquitur et prona consequentia patet.

§. X.  
QVOD CONTRA DISSENTIENTES DEFENDITVR  
NON TANTVM SI FEVDVM ANTIQVM  
FVERIT

Distinctionem successionis hereditariae ad feuda applicando sequentem in modum aduersus tradita hactenus insurgit BAVERV. Filius, inquit, beneficio patris succedit, quin, addit, per hunc stare debet, velutne illum feudo priuare? Prius si verum, scilicet filius patris beneficio succedit, me haberet consentientem. Enim uero cum falsum sit praesuppositum hoc, quis contraria sententiam non praeterulerit? Et hoc ad vnum fere omnes, et recte etiam statuere mihi videntur Doctores (a) scilicet quod omnes a

primo

(d) I. H. BOEHMFRVS in quaestio. Cap. II. §. 4 Hal. 1735.  
Dissert. de iure ex pacto tertii (a) quorum ex immenso numero

primo acquirente descendentes virtute pacti ab eo initi ad successionem vocentur, unde hoc ius radicaliter quae situm patris bene placito interuerti non potest. Quod per et post patrem succedant, et quod illi debent se in numero a primo acquirente descendantium esse, quis est qui negat? sed quis patris beneficio liberos in feudo eam ob causam succedere contendet? Beneficio Domini directi hoc contingere verba textus *II F. 23.* quid ex benevolentia Domini ita detur feudum et ad eum heredesque suos masculos in perpetuum permaneat satis evincunt. Accedit et alter textus *I F. 8.* pr. vbi notissima verba leguntur nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente. Quid in re clara apertius dici potuisset? ignorare nos ingenue confitemur. Ne autem inauditos condemnemus aduersarios, in argumenta quibus utuntur curiosius inquiramus. Et primo quidem urgent *II F. 26. vers. Si Vasallus quo cauetur, Vasallum feloniae reum feudo priuari, tum vero ne filios quidem succidere.*

numero sufficiant ROSENTHAL *Cap. XII. §. II. illustr. Dn. DE L. c. BERLICH P. II. Concl. 56.* SELCHOW in libro iam saepius nr. 58. HORNIUS *l. c. Cap. cit. §. 555. pag. 654.* sexenti-XIV. §. 8. BEN. CARPOZIVS que alii quos iam nominare larispr. Forens P. H. Cons. 46. non vacat. def. 7. l. G. WOLFEIVS *l. c.*

cedere. Concedere licebit prius, et salva nihilo minus res erit. Ratio legis in eo consistit, quod Vasallus feloniam commissa, eo se hoc ipsum feudi indignum reddidisse videatur, neque adeo omni fidelitatis lege posthabita fidelis amplius in curia Domini cum aliis fidelibus stare possit. Enimvero textus hic notorie supponit casum, propter quem Vasallus ex capite feloniae feudo priuari possit ex dispositione legis. Vnde, cum in liberis paterni criminis exempla metuantur, hinc vero et ipsi praesumantur futuri esse degeneres, eos a successione feudali exclusos voluerunt Feudistae. Quam quidem poenam dum innocentes hactenus incurruunt, exinde tamen non nisi male quis colligeret, successionem feudalem esse hereditariam. Liberi quippe hoc casu excluduntur, non qua futuri heredes in allodio, utpote quo ob feloniam patris haud priuantur, sed quia vitioso sanguine procreati fidelitatis officiis fungendis natura inhabiles videntur et praesumptione sunt: indigni adeo qui iure ex *inuestitura* quaesito et ipsi succedant. Quae ratio cum in agnatis cesset, quia hi non vitiosum ab ultimo defuncto, sed ingenuum a communi stipite sanguinem trahunt, hinc agnatos successores heredes licet extiterint defuncto in allodio, ob feloniam ab eo commissam feudo

feudo non priuari conclamatum est. Vnde conficitur, liberos feudo priuari ob feloniam patris, non qua heredes futuros in allodio, vtpote quod nisi rite et iuste exheredati fuerint tamen consequuntur, sed quia natura ab illo descendunt. Neque obstat quod vrgent alii (b) feloniam a patre viuo auo commissa patreque adeo feudo priuato filiis haud nocere. Quamuis enim inde concludi posse videatur ad successionem hereditariam, quia non obstante vitio, quod sanguine traxisse videntur, tamen succedere dicuntur, nulla tamen huic argumento inest vis. Nam, vt racea-  
mus nullo expresso textu ita quidem dispositum esse, diuersitatis ratio vel in eo manifesta est quod feloniam commissa sit a patre feudo in ipsum nondum deuoluto. Vnde cum nascatur praesum-  
tio, eum, si in perceptione beneficii constitutus iam fuisset, feloniae reum futurum non fuisse, coniectura sane mitiori praeponere licet, in liberis, si post mortem aui feudo potiantur, pa-  
terni reatus exempla non esse metuenda, hinc vero patre in poenam excluso, eos non succedere auo, pro vt nepotes proximique heredes solent in allo-

(b) DIONIS. GOTHOFRE.  
DVS ad dict. textum lit. l. 499. §. 50. E. G. WOLFFIVS  
GOTTL. GERH. TITIVS in l. c. Cap. XVII. §. 17.

## 24 DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS

allodio, sed ex lege inuestiturae, quod iam nemo adsit qui ex pacto potius ius habet. Secundum in quo praesidium quaerunt argumentum, desumptum est a venditione vel alia quavis feudi alienatione legitime facta, in qua filii acquiescere tenentur. Sed quis ingens, quod alienationem inter viuos et quae per ultimam voluntatem fit, discrimen intercedit, non obseruet? In eo quidem utramque conuenire, quod velut toridem alienationis species eodem genere comprehendantur, facile largimur, verum ab una illarum ad alteram nonnisi male concludi, Logicorum regulis constat. Accedit vnaminis Doctorum consensus, concessa alienandi facultate, inter viuos alienationem, non eam quae testamento fit comprehendendi. (c) Alienatio inter viuos naturalis est, veteribus pariter ac nobis in more posita: testamenta contra omnia et ultimae voluntates natu-

(c) LVD. SCHRADERVS DE SENKENBERG l. c. §. 288.  
l. c. P. VIII. Cap. 4. nr. 22.  
HENR. ROSENTHAL l. c. Cap.  
VII. concl. 36. SAM. STRYKVS  
in Operibus Vol. III. Differt.  
20. pag. 3. et Vol. VIII. Diff.  
30. pag. 2. CONSILIA HAL-  
LENS. T. I. Lib. 3. resp. 66.  
nr. 14. I. I. MASCOVIVS l. c.  
Cap. X. §. 36. nr. 1. HENR. CHR.  
G. LVD. BOEHMERVS in prin-  
cip. l. Feud. §. 265. ibique c.  
THOMASIVS. AVG. HELL-  
FELD l. c. §. 364. ipse H. G.  
BAVERVS in differt. de Testa-  
menti facione Vasalli §. 1. Lip-  
siae 1768. IO. LAVR. FEBI-  
SCHER. Institut. Iur. Feud.  
Cap. VIII. §. 9. pag. 710.

rae feudorum repugnant. Porro feudo vendito, iure retractus gentilitii adhuc gaudent liberi. (d) Feudo vero per testamentum alienato vel spe omni succedendi excluduntur. Pater denique feudum distracturus ytpurimum necessitate vrgente hinc coactus ad alienationem procedit, testamentaria autem dispositio plerumque vindictae studio suscipitur. Ut taceam, ius Vasalli, quod in feudo habet, vitam duratione non excedere. (e) Tertium quod proferunt argumentum maioris ponderis esse videtur. Causas nempe exheredationis esse etiam putant causas feloniae, (f) ita, ut quaecumque causae sufficient ad exheredationem, pariter etiam sufficient ad priuationem ex felonia. Verum enim vero si dicta veritate niterentur, proximo alueo sequeretur, Vasallum lucri causa in scenam prodeuntem, vel pro domino fideiubere re-

nuuentem

(d) *Il. F. 26. §. 5. II. F. 3.*  
verbis sed etiam *HARTM. PI-*  
*STORIS l. c. Lib. II. qu. 9.*  
*m. I. HORNIUS l. c. Cap. XX.*  
*§. 13. G. AD. STRUVIVS in*  
*Synt. iur. Ciui. exercit. 23. §. 56.*  
*I. H. BOEHMERVS in Consult.*  
*et Decis. T. I. P. 2. resp. 131.*  
*I. AVG. HELLFELD l. c. §. 301.*  
*pag. 365. I. V. L. B. DE CRA-*  
*MER Obseruat. Iur. Vniuersifi*

*T. I. pag. 18. §. 2. 10. LAVR.*  
*FLEISCHERV S l. c. Cap. XIX.*  
*§. 7. pag. 745.*

(e) *SAM. STRYKII Caut.*  
*Teſt. Cap. VI. m. 2 §. 3. L. E.*  
*DE CRAMER l. c. T. III. obſ.*  
*982. pag. 820. I. GABR. WOL-*  
*FIVS l. c. Cap. XII. §. 11.*

(f) *I. SCHILTERI Institute.*  
*Iur. Feud. Cap. VIII. §. 7. lit. a.*  
*pag. 113.*

D

nuentem feudo priuari posse, quia exheredari potest. Sed quis haec dixerit? Sin vel ad momentum demus, causas exheredationis esse causas feloniae, conclusio tamen a Domino directo Vasallum priuante ex capite feloniae haud valebit ad patrem exheredantem ex causa ingratitudinis. Hoc enim cum fieri possit priuatim, illud non nisi obseruata figura iudicij atque praeterea cause cognitione a Domino directo vel iudice feudali. (g) Quamobrem, quae habentur *HF. 23. in fine et II F. 24. §. 2. vers.* Praedict. modis eo saltim nobis tendere videntur, ut pateat, eadem aequitate, qua iura patrem filium exhereda: et iusta ex caussa in alodio permittunt, eadem etiam Vasallum arceri a feudo ob feloniam licet forte non ex iisdem caussis. (h) Leuioris momenti est *quarta ex II F. 45.* desumpta ratio, scilicet quod patris heres sit filius. Vnde confidere sibi posse videntur, filium rite exheredatum etiam a feudo abstinere debere, eo in primis moti: quod filius alterum absque altero habere prohibeat.

Aft

(g) *I. F. 22. II. F. 22. II. F. 28. pr. et §. 1. I. F. 21. ver-  
bis, sine cognita culpa, et nisi  
conuicta culpa.*

(h) *I. IAC. MASCOVIVS  
I. c. Cap. XII. §. 27. pag. 251.  
DE SENKENBERG I. c. §. 394.  
TRIER ad STRYKIVM ani-*

*maduers. 270. GOTTL. G. TI-  
TIVS I. c. pag. 498. §. 47. ibi-  
que STRYKIVS, I. G. WOLF-  
FIVS I. c. §. 8. I. P. A. LVDE-  
WIG ad STRYKII Elem. Iur.  
Feud. Cap. XXIII. qu. 4. pag.  
286.*

Ast quis, me etiam non monente, hac explicatione vim textui inferri, non videt? Quod licet neget BAVERVS *prona et naturali* potius ratione textum, prout statuit interpretandum esse existimans, summa tamen legis haec esse videtur. Scilicet, cum teste experientia liberi allodium repudiatori iure singulari in feudo succedere intendunt tentent, quo subterfugiant solutionem aeris alieni, saluberrimo consilio prospectum est hac lege creditoribus, ut vtramque hereditatem vel amplecti, vel vtramque repudiare teneantur, nec vnam sine altera sibi habere queant, (i) nou alium, ut videtur in finem, quam ut solutione debitorum paternorum honori nominis ipsorum vel intuiti consulere obstringerentur. Tantum abest, ut feudum ideo pars hereditatis factum sit, ut potius titulo singulari, licet eodem, quo pater iure illud possidere videatur filius. (k) *Quintum*, cui haud leue pondus tribuunt, ab emphyteusi romana petitur argumentum. Emphyteutam, inquit, emphyteusin acquirentem omnibus descendantibus suis prospexit, et nihil secius tamen possessorem emphyteuseos per exheredationem filium ab emphyteusi arcere posse.

## D 2

(i) FRID. W. PESTEL  
De obligatione successoris feu-  
dalium ad fulendum aes alien.  
beredit. §. 2. Rint. 1754.

(k) L. B. DE CRAMER  
l. c. I. II. obs. 486. pag.  
117.

## 28 DISSERTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS

posse. Qua quidem ratione dum subsumunt atque concludunt a fundo emphyteutico ad feudum, ab emphyteuticario ad Vasallum, eos a diuersis ad diuersa, scilicet ab allodio ad feudum, ab emphyteuticario romano, ad Vasallum germanicum argumentum ducere, quis non videt? Quod ergo paragrapho antecedente dictum est, causas exheredationis iure communi approbatas ad feuda non spectare, neque adeo quod ratione allodii procedit, intuitu feudi etiam effectu haud destitui, hoc loco ut pluribus repetamus nemo exspectauerit, vnde nec obiectioni huic diluendae immorabitur pluribus. *Sextum* de-  
nique, quod patrocinari sibi putant ab ipsa suc-  
cessione feudalii ducunt argumentum. (1) Scilicet quod in ipso actu successionis non primo acquirenti, sed ultimo defuncto feudi possessori succedat proximus. Vnde confidere posse nulli dubitant, non primo acquirenti, sed ultimo possessori, non illius, sed huius beneficio liberos succedere. Verumtamen vti ratio ordinis suc-  
cedendi a legibus determinati in mera legislato-  
ris voluntate quaerenda est, ita ipse Dn. DE  
LVDOLPH vel inuitus confitetur; *pacto primi  
acqui-*

(1) I. M. DE LVDOLPH *turae parte Spec. §. VI. nr. 5.*  
*in Tract. de iure primogeni.* pag. 44.

acquirentis et dispositione iuris feudalis effectum esse, ut ab eius sanguine descendens nepos, vel ab nepos in feudo succedere possit. Et hoc ipsum est, quod contendimus. Quamuis enim patri existentiam debeat filius adeoque mediate per illum succedat, tamen, ut hinc concludam, filium non iure proprio, sed beneficio patris hinc iure hereditario succedere, a me impetrare haud possum. (m)

## §. XI.

SED ETIAM INTVITV FEVDI NOVI.

Denegata patri in feudo antiquo exheredandi facultate, restat ut quid de exheredatione circa feudum nouum obtineat, videamus. Est autem feudum nouum quod non primi acquirentis inuestitura sed vi propriae inuestiturae acquiritur. (a) An in hoc feudo exheredatio effectum fortiri queat? non adeo expeditum est. Affirmatiuam enim, licet egregii sequantur ICti, negatiuam tamen defendunt alii, quae et mihi verior esse videtur. (b) Scilicet verba textus iam saepius citati *I F. 3. pr.* generalissima omnem omnino distinctionem et restrictionem respuunt. Vnde li-

D 3. in cert

(m) *I. F. A LVDEWIG in limatissima Diff. de Successione Fratrum. Cap. I §. 4.**In Principatus et clientelas Cap. V. §. 4. not. dd. pag. 69. Halae 1737.*(a) *G. L. BOEHMERVS in*(b) *HERM. VVLTEIVS**I. c. Cap. 9. nr. 79. ibique longe ordine allegati IO. GABR. WOLFIUS I. c. Cap. XII. §. 13.*

cet ab aliis restringantur ad fenda *antiqua*, eademque exemplo reliquorum textuum, qui de feudorum alienatione agunt, stricte interpretranda multi putent, tamen nihil agere mihi videntur. Quemadmodum enim probatione omni destituuntur, ita cum textus memorati feuda supponant propria, qualia etiam sunt nona, quod de illis generatim valer, etiam ad noua recte applicaueris. Secundo, ex concessione Domini, et contractu inter Dominum et patrem acquirentem inito, ius quaesitum nacti sunt liberi. Paetum vero in tertii fauorem initum, in eiusdem praeiudicium cum effectu tolli, vel impugnari posse, quis statueret? Dissentientium (c) argumenta hisce absoluuntur momentis. Primum in eo se fundant, quod ante patris obitum nullum filiis ius in feudo competit. Id quod ubi de exercitio Iuris quaeritur, omnino verum est. Sed quis a cessatione exercitii iuris argumentum duceret ad ius? Cum enim per inuestituram non sibi solum, sed omnibus descendantibus suis prospexerit pater adeoque per ipsam natuitatem ius in feudum acquirunt liberi. Deinde, inquiunt,

(c) *Consilia Hallensia T. I.*  
*Lib. 3. resp. 33. nr. 6. HOR-*  
*NIVS in Difser. de Testamcn-*  
*taria patris circa feudum dispo-*  
*sitione. §. 17. ibique PISTO-*  
*RIVS.*

quiunt, si in hoc feudo quidquam iuris arrogare sibi vellent liberi, omne tamen ius beneficio patris ad illos redundaret. Sufficit ius in feudo quaesitum fuisse liberis; unde id proficiscatur? parum refert. Nec enim solo patris beneficio feendum acquiri, sed accedente beneficio Domini directi, clara verba textus *II F. 23.* satis superque innuunt.

### §. XII.

#### CONSENTIENTE LICET DOMINO DIRECTO.

Exheredationem itaque circa feendum *nouum* subsistere, licet contendant dissentientes, in eo tamen plurimi conueniunt, Domini consensum accedere debere; (a) siquidem res ex contractu alteri promissa, nonnisi accedente alterius contrahentis consensu ipsi eripi queat. Subsumunt, ius filii ex contractu illo feudali Dominum inter atque Vasallum celebrato proficisci, a quo si utriusque recedatur consensu, etiam ius filii in potentia expirare debere. Quemadmodum vero haec omni iuris analogiae repugnant, ita fal-

(a) G. A. STRUVIUS *l. c.* BR YERVUS *in delineat. I. Feud.*  
*Cap. IX. §. 12 nr. 8. SAM Cap. VIII. pos. 81. lit. t. HENR.*  
 STRYKIVS *in Caut. Test. Cap.* ROSENTHAL *l. c. Cap. VII.*  
*VI. Membro 2. §. 3. A LYN-* concl. IO. nr. II.  
*KER Cent. 15. decis. 1435.*

32 DISSERTATIO IURIDICA IN AVGURALIS

falsissimum est, contractum in tertii fauorem initum etiam mutuo consensu in eiusdem praeiudicium, postquam ius quae situm naelus est, tolli posse: prout intuitu feudi novi ex iure feudalie egregie demonstrauit, qui nobis otium hac in re fecit I. H. BOEHMERVS. (b) Quae si ad nostram hanc contiouersiam applicaueris, consentientem nos habere tantum virum apparebit.

§. XIII.

TRANSITVS AD QVAESTIONEM DE INAEQUALI  
FEVDI DIVISIONE INTER LIBEROS.

Absoluta circa exheredationem in feudo antiquo aequa ac in feudo novo materia, ad alterum Dissertationis nostrae argumentum progressiamut, atque dispiciamus: quid iustum sit *circa inaequalem feudi diuisionem a patre factam?* Qua in re decidenda eandem, quam paulo ante strauimus viam, ituri sumus. Legibus itaque subnixi, Vasalli patris testamento non tantam vim inesse, ut inaequalis feudi divisio eodem facta subsistat, afferere haud veremur. Si qui forte sint, qui temeritatis vel arrogantiae nos accusare ideo voluerint, quod ab oppinione magni nominis Doctorum recesserimus, illi quidem cogitent,

(b) in *Dissert. cit. Cap. II. §. 4. 10. GOTTER. BAVERVS de Vasallo exheredante.*

tent, saltim nullam vel pauciores tamen theses iuris nostri extra omnem controuersiam positas esse, sed de omnibus fere in vtramque omnino partem tam argumentis quam numero Doctorum disputari posse ex aequo. Proinde nobis etiam saluum expetere liceat sentiendi arbitrium, quo argumenta, quae in vtramque partem proferuntur, proprio Marte ponderare queamus. Quod si a vero nos aberrasse deprehenderis, ut comiter admoneas atque in viam reducas, est, quod grata mente numquam non recolemus.

§. XIV.

DIVISIO FEVDI INAEQUALIS INTER LIBEROS  
IPSO IVRE NVLLA EST NON SOLVM RA-  
TIONE FEVDI ANTIQVI.

Primi acquirentis inuestitura liberos in feudo succedere, patere satis arbitramur; cum, nisi inuestitus is fuisset, liberi etiam, successuri haud fuissent. Vnde quod descendentes ex primo acquirente aequali iure ad successionem vocentur, sequitur. Quo ex principio prona consequentia porro concluditur, ius ex pacto et prudentialia maiorum quaesitum illis neque in totum, neque pro parte a patre vel ultimo defuncto sive

E adimi,

adimi, siue minui posse. (a) Quae cum ita sint, genuinus sensus textus *I. F. 8. pr.* haud difficulter erui poterit. Non alia nempe mens Feudistae fuisse videtur, quam ut statueret, ordinatione defuncti filiabus successionem neque dari, neque filiis eam feudi partem, ad quam lege vocati sunt eripi posse, (b) omni dispositione paterna testamentaria penitus exclusa. Nihilosecius tamen de eiusmodi dispositione qua ius succedendi *aliis*, quam quibus ex inuestitura debetur, capiendum esse hunc textum statuunt alii. (c) Sed prout verba antecedentia satis euincunt, inuita Themide. *Si quis deceperit filiis et filiabus superstibus, succedant tantum Filii, IIQVE AEQUALITER, NVLLA ORDINATI ONE DEFVNCTI IN FEVDO MANENTE VEL VALENTE.* Qua ratione contrarium inde excusare pere

(a) *Pervilluſtr. Dn. I. G. ESTOR l. c. T. III. §. 2949. pag. 1039.*  
*Dn. DE SELCHOW l. c. §. 555. pag. 654.*

(b) *HENR. DE ROSENTHAL l. c. Cap. VII. concl. 3. nr. 3. BEN. CARPOVIVS l. c. Disput. XV. Thes̄ 16. I. WILH. ITTERVS l. c. Cap. XIV. qu. 5. HERM. VULTEIVS l. c. Lib. I Cap. 9. nr. 79. G. GERH. TITIUS in dem Teutschen Lehr-*

*R. pag. 450. §. 31. 10. GABR. WOLFFIUS l. c. Cap. X/1. §. 12. I. VLR. L. B. DE GRAMER l. c. Tomo III. obs. 982. pag. 820. et in Opusculis Tomo IV. Cap. 2. §. 9. pag. 61.*

(c) *I. MELCH. DE LV DOLPH de iure primogeniturae parte spec. §. 7. nr. 7. 10. GOTTL. BAVERVS in Disser. de Vafallo exberedante. §. 6.*

pere quotquot contendunt, possint, nos haud perspicere ingenue confitemur. Hinc, dum plurimi etiam eandem nobiscum defendant thesin, eo saltim casu eam limitandam esse existimantes, ybi filius patris heres extiterit in alodoio. Ast heredem, nisi feudum perdere velit, eum semper esse debere, a nemine negari. (d) Quamobrem cum heres teneatur facta defuncti praestare iure minimum fendi Longobardico, eum inaequalem feudi diuisionem a patre factam ratam habere debere sibi persuadent. (e) Summam vero huius textus cum supra explicare studuerimus, hoc loco repetere dicta lubentes supersedemus, sufficere rati, si obseruemus differentiam inter obligationem satisfaciendi creditoribus paternis, quae ex quasi contractu aditiae hereditatis nascitur et obligationem agnoscendi dispositionem paternam intuitu feudi, vel aliarum rerum de quibus pater salua lege disporere non potuit, hoc efficere, ut ab illa ad hanc consequentia nulla valeat. Non enim sequitur,

E 2 filius

(d) *Il. F. 45. Il. F. 54.*  
§. 4.

(e) *IO. BALTH. A WERNER in Observat. Forensib. Tomo II. Obs. 415. FR. ES. PV FENDORFFII Observat. Iur.*

*Vniu. T. I. obs. 189. CONSILIA HALLENSIA T. I. Lib. 3.  
resp. 74 nr. 2. et T. II. Lib. 2.  
nr. 122. pag. 2052. HENR. CHR. DE SENCKENBERG l.c.  
§. 291. confer. tamen §. 292.*

filius heres tenetur praestare factum patris in negotiis, quae iniire potuit, ergo agnoscere tenetur ultimam eius voluntatem intuitu rerum, de quibus disponere testamento in praeiudicium liberorum prohibetur, quod tamen dispositione, qua vni filiorum vel totum feudum, vel maior eius pars assignatur tentari palam est. Quod dum contendimus, non hoc statuimus, quasi filius, pro vti iure Germanico licebat, repudiatio allodio vel hodie in feudo succedere possit. (f) Vsi potius in hoc argumento praeualuisse existimamus ius Longobardicum, vt nostro iudicio recte statuunt magni auctoritatis Viri. (g) Verum hoc est quod volumus, filium, qui allodialem hereditatem amplectitur atque aes alienum a patre contraictum pro portione hereditaria soluere paratus est, nihilominus posse impugnare inaequalem feudi diuisionem, tamquam ex dispositione

(f) *Ius Feud. Saxon.* Cap. 55. *Ius Feud. Alleman.* Cap. 83. 89. 98. 10. *TOB. REINHARDT Obseruat. ad Christianae Decis.* Vol. I. Decis. 52. *GAILOVS Lib. II. obs. 128. §. 67.*  
vlt. *MYNSINGER Lib. III. obs.*

(g) *LEYSERVS de Feudis Brunsvicensibus. in append. §. 39.*

FREID. E. S. PUFFENDORF. *FIVS in Processu Brunsvico Luneb. P. III. Cap. 22. §. 29. L.*  
*B. DE CRAMER in Obseruat. Inv. Vniu. Tomo I. Obs. 251.*  
280. 422. G. L. BOEHMBRI  
*Principia Iur. Feud. §. 140.*  
*Summi Appellat. Trib. Cassell.*  
*Decisiones T. I. Decis. 34. nr. 3.*  
*Decis. 35. nr. 1-4.*

tione legis ipso iure nullam. Secundum, quod proferunt argumentum in eo consistit, quod filius testamentum paternum pro parte agnoscens, idem pro parte impugnare nequeat. (h) Sed respondeatur, id procedere intuitu eorum, de quibus pater disponere iure non prohibetur. De Feudo autem dispositionem nullam leges aut manere aut valere volunt. Minus vrget argumentum tertium, quod ab introductione Iuris Primogeniturae in feudis Imperii desumitur, quasi id quod consensu Domini directi fieri possit, hinc vero ad diuisionem feudi vulgaris inaequalem, velut a maiori ad minus valide concluderetur. Enim uero, praeterquam quod in feudis Imperii Ius Primogeniturae publicae salutis causa introduci ratio suadet, quae in feudis mediatis cessat, summae insuper auctoritatis Viri (i) qui in hanc sententiam descendunt, consensum vel ratihabitacionem filiorum iam natorum diserte requirunt. Quo quaque accedente etiam inaequalem feudi

E 3 diui-

(h) CONSILIA HALLEN-SIA Tom. I. Lib. 3. resp. 74. nr. 1. et 3.

(i) IO. FRID. WILH. DE NEVMANN l. c. Tomo V. Sect. II. Tit. 7. §. 187. pag. 129. DE LVDOLPH l. c. §. XI. nr. 7.

GOTTL. OBRH. TITIVS in Specim. Iur. Publ. Lib. IV. Cap. 4. §. 22. illuſtr. Dn. DE SELCHOW l. c. §. 634. IO. STEPH. FÜTTERI Institut. Iur. Publ. §. 433. pag. 470. edit. nouiss. de 1770.

## 38 DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

diuisionem subsistere nemo negauerit. Deinde sat graues insuper suppetunt differentiae rationes. Tametsi enim vel ad momentum concederemus in feudis mediatis, si non ius *Primogeniturae*, tamen *Maioratum Senioratumue* absque consensu postgenitorum auctoritate Domini directi introduci posse, nihil tamen sententiae illorum qui pro validitate inaequalis diuisionis inde pertinet argumentum accederet roboris. Nempe, iuris *Primogeniturae* introductione flori familie generatim non tantum, sed vel postgenitis exclusis hoc ipso prospicitur, ut decedentibus primogenitis suo quique ordine locum ipsorum occupent atque in ius eorum succedant, hinc descendentes ipsorum, prout fata ordoque tulerit, eodem iure gaudeant; E contrario, facta inaequali feudi diuisione ad tempus forte vnius generationis bono dispositio paterna extra reprehensionis notam posita forte esse potest, si v. gr. filius minori feudi parte contentus esse iussus, ex allodio tantum accepit, quantum in praerogativam ex feudo cessit fratri. Ast, si cogitemus hoc defuncto portionem eius, pluribus liberis relictis, iterum in partes scindi, illo vero decedente minorem feudi partem, pluribus decendentibus existentibus, pariter diuidi, neque progressus.

gressione accedente partes amplius, sed particulas fieri oportere, quas ius Primogeniturae excludit, sequitur argumentum inde desumtum minus stringere. Accedit, quod ille qui ex dispositione patris minore feudi parte contentus esse iussus est, seruitia feudalia Domino praestare amplius vix possit, adeoque et Domini interfit ne feudum inaequaliter diuidatur. Quidquid sit, sine consensu postgenitorum *Primogeniturae* ius, *Maioratum*, vel *Senioratum* introduci non posse, et supposuimus ab initio et nunc pariter statuimus. (k) *Quartum*, quo vtuntur, argumentum ab eo petitur, quod feudi possessor id agere teneatur, vt feudi conditionem quamcumque ratione reddat meliorem. Iam vero cum feudum in infinitum diuidatur aequaliter, conditio nem eius omnino fieri deteriorem inquiunt. Sed vt itaceamus fructus feudi commode diuidi posse licet descendentes a primo acquirente illud possideant pro indiuiso, adeoque diuisione opus non esse, nec communione feudum deteriorari, sane obligatio ad meliorandum feudum ne in minima quidem eius particula, quae per inaequalem

(k) I. AVG. HELLFELD *filiis* Tom. II. Lib. 2. nr. 122.  
L.c. §. 274 In alia omnia iue- pag. 2052.  
re. ICTI HALLENSIS in Con.

lem eius diuisionem alterutri obtigit, ideo magis cessabit, quam si aequali successione portiones minores esse coeperint. Quemadmodum ergo ex obligatione Vasalli ad meliorandum feudum male concluditur ad introductionem iuris Primo- geniturae, ita nonnisi pessime inde duceretur argumentum ad facultatem feudum inaequaliter diuidendi.

§. XV.

SED ETIAM INTVITV FEVDI NOVI.

Quae de inaequali inter liberos diuisione ratione feudi antiqui protulimus in medium, ad nouum quoque maximam partem quadrant. Quamobrem etiam huiusc fendi intuitu idem ius obtainere debere haud obscurum est. Vnde quae in praecedentibus in primis §. XI. et XIV. disputauimus hoc loco iterum repetere superfluum foret. Vnicam saltem tangere licebit obiectionem. Feudum nouum, regerunt Dissidentes, patris beneficio obuenit liberis, adeoque ob reuerentiam parentibus debitam liberos voluntati illorum contraire haud decet. (a) At rationem hancce magis declamatoriam esse quam, ut argumentum ad rem faciat, nemo non videt. Alia enim quaestio est quid deceat, alia quid ius et fas

(a) HARTM. PISTORIS *Quaestiones iuris Lib. II. qu. 13. nr. 61.*

et fas exigat. Quin, cum nemo iniuriam faciat, qui iure suo vtitur, quis filium de inaequali feudi diuisione conquaerentem iniquitatis argueret?

§. XVI.

MISI LIBERI QVORVM INTEREST CONSENTIANT.

Vnicam a regula, quam stabiliuimus agnoscimus exceptionem; scilicet, si in inaequalem inter liberos factam a Patre diuisiōnē liberis vel consenserint, (a) vel eam ratihabuerint. Consentientibus quippe et iuri pro se introducto renunciantibus, illis nullum sit praeiudicium. Omnia autem requiri consensum, nec vnius voluntate rem confici manifestum est. Num liberorum praeſentia in actuteſtandiconſensum inuoluat? alia quaestio eſt. Mihi quidem negantum opinio veluti verior arridet. Consensum nempe ut aiunt discretum, h. e. positiuum eſſe oportet; (b) quod niſi quid agatur intelligent atque velle, ſe declarent dici nequit. Tota, quam (c)

F

differuntia

(a) II. F. 15. §. firmiter  
II. F. 26. §. Omnes Filii.

(b) beatus A. LVEWIT ad STRYKII Exam. Iur. Feud. Cap. XI/IV. qu. 3. pag. 203. l. w. TRIER ad STRYKII E. I. F. animaduers. 185. pag. 139. l. GABR. WOLFFIUS l. c Cap. XII. §. 1. ubi D. ſtentientium argumenta examinantur. H. E.

DENREICH Diff. de alienatione Feudi cit. Cap. VIII. §. 1.  
I. A. HELLEVLD l. c. §. 367.  
DECISIONES SUMMI TRIBUNALIS CASSILL. I. III. Decif. 255. nr. II.

(c) SAM. STRYKIVS in Cautel. Teflam. Cap. VI. membro 2. §. 8. LVD. SCHRADE RVS l. c. P. XII. Cap. 2. nr. 9.

## 42 DISSERTATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS

dissentientes vrgent ratio, consistit in fauore testamētorum. At fauori quem in allōdīo vltimae voluntates habent, quis locum daret in feudo? Neque hodie tantus, quantus olim testamētorum fauor. (d) Inde tot lictum fons atque nutricula. (e) Vnde hos, quos iuris quaestī iacturā pati oporteret, hoc quidem fauore censerem digniores. Ipse, quod probe notandum, s. STRYKIVS (f) si agnati alienationis contractū subscriptione manuerint, eos hanc ob causam non habendos esse pro consentientibus, sed velut testes praeſentiam suam tantum commodasse existimat. Quominus itaque, si testamento testes velut subſcriperint, idem dicamus, haud appetat.

## §. XVII.

## CONCLVSIΟ.

**S**unt Argumentis potioribus circa hanc māteriālē excussis, hanc dictorum conficiamus summam. Filios neque per exheredationem a feudo arceri, neque inaequalibus portionibus illud diuidi a patre inter eos posse. Quod si rem acu non terigerimus, vel rationes, quibus vñi sumus, iusto

(d) STRYKIVS in Operib⁹ Vol XI disp. 26. §. 59. 61.  
(e) ut ait HOTOMANNVS  
in Antitribon. Cap. VI. §. 30.

s. STRYKIVS in Caut. Testam. statim §. I.  
(f) in Exam. Iur. Feud. Cap. XX. qu. 7.

sto pondere destitui, his, qui pretium qualibus-  
cumque conatibus nostris ponere et possunt et  
volunt, forsan videantur, illos, qua decet ob-  
seruantia rogamus, velint rem omnem, non ex  
dignitate materiae, in qua vel summi Viri haesi-  
tant, sed pro modulo studiorum, quibus ad ho-  
nores Academicos adspirare contendimus, beni-  
gno iudicio aestimare, atque fauore potius sub-  
uenire, quam seueriori censura excipere tenta-  
mina nostra.

---

PRAENOBILISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

*Quam primum mibi exposuisti propositum Tuum  
petendi licentiam adspirandi ad summos in Iure  
honores, in spem veni fausti euentus, fore, ut  
applaudentibus mox, tum Commilitonibus, tum  
ipsis, quibus usus es, Doctoribus Tuis, pro voto  
et merito fuentem habiturus sis fortunam. Ho-  
spitio a me exceptus, vel quotidie testem me habui-  
sti diligentiae, qua nulli Te, quisquis sit, secun-  
dam cessisse, publice et testor et laetor. Accessit  
de studiis Tuis opinio, quam schemate speciminis  
inauguralis oblato de Te excitasti. Auxit eam*

F 2

COL-

COLLEGARVM; illustrium Virorum favor, quem  
Te meruisse coram testati sunt ipsi. Ipsa tandem  
thematis elaboratio, in qua proprio Marte desu-  
dasti, nihil penes me reliquit reliqui, quo minus  
Tibi et gratuler et expetitum concederem p[re]a-  
suum. Argumentum utique selegisti haud vulga-  
re, in quo ob summorum virorum au[tor]itatem,  
qua Te a thesi dimoueri minime passus es, non nisi  
cum discriminie versari poteras, cum sententiae  
diuertio ab ea recedere consultum duceres, pericu-  
loso quodammodo, sed non vituperando ideo con-  
silio, quia vires periclitari, non decidere in re  
ardua constitueras.

Quod defendis, ne filiorum quidem successio-  
nem in feudis haereditariam esse, nec mihi disipli-  
cet, sed probatur: tum, quod, omnium fere iu-  
dicio hic succeditur, non ultimo defuncto, sed  
primo acquirenti: tum quod successio omnis feuda-  
lis legitima est et singularis, haereditaria contra  
omnis vniuersalis: tum, quod nititur inuestitura  
primi acquirentis, cuius successoribus masculis  
benevolentia Domini directi simili verbis expressis  
eventualiter prospectum est: tum denique, quod  
feudum non acquiritur aditione, sicut haereditas,  
hinc vero inuestituae renovatione neglecta vel  
ipsi filii, nisi iustas excusationis causas habeant,  
iure

iure feudali a feudo excludi possint, licet patri in  
 allodio existentia haeredes, renouatione omissa  
 nihilosecias futuri successores in feudo, si haere-  
 ditario iure et hoc illis obueniret; tandem, quod  
 si haereditaria successio, eo, quo dicitur sensu,  
 obtineret, furiosos quoque, mente captos caete-  
 rosque seruitiis militaribus impares, veluti mu-  
 totos, surdos et qui sunt alii succedere oportet,  
 Argumenta inter, que in contrarium moueri, et  
 possunt, et solent, haud sane leuia, nullum est,  
 quod me suspensum minus umquam temuit, quam  
 illa ex Il F. 45 et 51 petita ratio, qua liberi in  
 feudo successori allodio abstinere prohibentur, v-  
 trunque vero vel amplecti, vel repudiare inbentur.  
 Quemadmodum enim, quod Feudista statuit, uni-  
 ce relationem babet ad onus aeris alieni, neque  
 aliud quid innuit, quam quod filium eo se exime-  
 re, bunc vero in finem paterna haereditate abstine-  
 re minime deceat, ita, quod in arbitrio eius pos-  
 tum esse videbatur, in tantum conuersum est in  
 necessitatem iuris, ut, nisi feudo excludi velit,  
 ipsum adire haereditatem paternam adeoque v-  
 trunque amplecti, vel repudiare oporteat. Vnde  
 filium haereditatem adeundo atque hoc ipso euitan-  
 do statutam in casu subdolae abstentionis poenam,  
 tantum abest, ut feendum etiam instar rei haere-



ditariae iure haereditario in ipsum denoluatur,  
 ut potius successio utraque, salvo, quo nituntur,  
 fundamento, tunc saltē coincidat, qualitatē  
 vero haud mutet nec ita cum altera coalescat,  
 ut si quid amplius sit in successione allodiali, per hoc  
 successionis feudalis natura crescat, aut, si quid  
 desit successionis allodiali, hoc repleatur ex natura  
 successionis feudalis. Id quod vel inde manifestum  
 est, quia filius aës alienum patris soluere paratus,  
 successioni feudali in gratiam descendantis vel  
 agnati remotioris vel gradu paris renuntiare, in  
 allodium vero haereditario iure succedere atque al-  
 terum sine altero, id est allodium sine feudo habere  
 omnino potest. Vnde meo iudicio illi, qui ab obli-  
 gatione filii Vasalli ad soluendum aës alienum, ad  
 reliqua facta patris feudum respicientia argu-  
 mentum ducunt et quod haec indistincte praestare  
 teneantur, concludunt, egregie falluntur. Suc-  
 cessio Feudalis, quia ordinem successionis haereditariae  
 quadam tenus seruat, figura externa speciem  
 eius refert, sed materia, objecto et proprietate talis  
 non est, nec vel improprie nomen hoc fert, nisi eo,  
 quod morte primi acquirentis feudum, ut olim non  
 redit ad Dominum, sed ad successorem devoluitur,  
 utriusque successionis ratione pro diuersitate tituli  
 atque objecti subsidente, nec una alterum tollente.

quid

Quid ergo de efficacia dispositionis paternae  
inter liberos ratione feudi statuan; ex his, quae  
Te rogante nihil simulans differui, facile intelliges.  
Omnis successio testamentaria, tam iure Longo-  
bardico, quam Germanico in feudis exulat, etiam  
cum de filiis in allodio succendentibus sermo est.  
Successio enim feudal, cum sit legitima tantum  
et singularis, testamentaria autem cum uniuersali,  
tum suo modo arbitraria, qualis non est legi-  
tima, testator Kasallus, pater licet, fundamen-  
tum et qualitatem eius in haereditariae successio-  
nis naturam transformare hinc vero facultatem  
desuper testandi sibi arrogare non magis, quam  
possessionis suae causam ipse sibi mutare aut feu-  
dum in allodium conuertere potest.

Hinc nihil inanius EXHAEREDATIONE  
intuitu feudi, quo filius a Domino directo quidem  
trivari ob feloniam omnino potest, ob ingratitu-  
dinem vero a patre non aequo: quod ipsum, nisi  
analogia loqueretur, silentium, quo rem totam ubi-  
que premit Feudista satis prodit. Opus quippe  
non videbatur prohibitione coercere, quod testa-  
mento nemo ausurus erat, et si huiusmodi quid  
tunc obtigisset, portenti instar futurum erat, qua-  
le visum nunquam auditum: Kasallo nullo id  
sibi sumente inquam, nisi forte in tantum, ut ex  
caussa,

causa, quae sufficerat ad exhaeredationem in allo-  
dio, persuaderet Domino directo, ut exhaereda-  
tum feloniae quoque reum, priuaret feudo, quod  
tamen an facere, an refragante etiam voluntate  
patris remittere offensam voluerit, arbitrio eius  
relictum fuisse minus dubitauerim.

Iam et quid de INAEQUALI FEVDI DI-  
VISIONE iudicio qualicumque arbitrer, fugere  
Te vix potest. Legitima successionis ratio, vt fili-  
lias pro natura rei ab eudem arcet, ita hoc suppo-  
gita filii ea subsistente ad aequales portiones ex-  
presse vocantur 1 Feud. 8 NVLLA, vt verba se-  
habent, ORDINATIONE DEFVNCTI IN FEVDO MA-  
NENTE VEL VALENTE. Qui de testamento in fa-  
uorem extraneorum, quales et filias esse putant,  
tantum intelligunt textum hunc, eidem vim in-  
ferre mibi videntur. Sensus est: vt filiae in  
scidis non succedunt lege, ita, si vel maxime pa-  
ter filias sanguinis amore forte ductus ad succe-  
sionem vocauerit testamento, vel, etiam, feendum  
inter filios prae dilectione captus, vel alia ratione  
motus, inaequaliter diuiserit, tamen non obstante  
ordinatione huiusmodi illos plane non succedere,  
hos autem nihilominus aequales capere partes,  
cum illa utpote super re, de qua testari ipsi haud  
licebat, condita, nec manere nec valere possit.

De

*De aliis, qui ne sanguinem quidem a testatore traxerunt, Feudistam cogitasse, tanto minus statuendum videtur, quanto minus credibile est, Vasallum testatorem eo audaciae esse processurum, ut feudalitate susque deque habita extraneum ad successionem vocare vel tentare praesumferit.*

*Quod itaque, ne Te morer, monendum restat, hoc est, Vasallum siue filium, siue nepotem, qui non solum in allodio successit, sed etiam feudum, quo velut a primo acquirente descendens eventualiter inuestitus erat, amplexus est, ad solutionem aeris alieni, qua haeredem non tantum obstrictum esse, sed etiam qua talem in allodio ad praestanda facta patris, quibus melior feudi conditio etiam ex ipso allodio fieri possit, omnino teneri, in reliquis autem, quae cum natura feudi legibusque feudalibus non conueniunt aut ordinem succedendi tollunt vel mutant aut iuri filiorum quaesito derogant, velut successorem particularem ad facta patris praestanda minime obligatum esse, et, si forte in Germania alicubi diuersum ius obtineat, id non Longobardico lure, sed OBSERVANTIA niti, quae, quo usque inualuerit, facti quaestio est, quam ab eo, qui in ea se fundat, probari oportet et quae curiarum clientelarum enusciatis et praeiudiciis*

G

magis,



*magis, quam priuato iudicio aestimanda videtur,  
atque, vt cumque res ceciderit, principiis, quae  
in thesi stabilitum iusti, non praeiudicat.*

*Quod ergo facere constitueram, de absolutis  
studiis academicis aequa ac honoribus proxime in  
Te conferendis denuo nonsolum gratulor, sed et  
hoc maxime in votis habeo, vt, prout Tu meri-  
to assiduo studio et diligentia emergere constitui-  
sti atque coepisti, ita fauentes etiam nunquam  
non nanciscaris Patronos atque Fautores, qui  
Te fortunamque Tuam sibi habeant maxime com-  
mendatam. Ita vale et res Tuas pro porro ex  
voto gere. Dabam Marburgi ipsis Calen-  
dis Martii MDCCCLXXI.*



Marburg, Diss., 1771-23







F. 8. num. 29.

23

DISSERTATIO IURIDICA INAVGVRALIS  
DE  
PATRE VASALLO  
LIBERIS  
EXHEREDATIONE  
VEL  
INAEQUALI FEVDI DIVISIONE  
NE IVRE LONGOBARDICO QVIDEM  
PRAEIVDICANTE

---

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPPE  
ET DOMINO

D N. F R I D E R I C O III  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

---

PRAESIDE  
AEMIL. LVD. HOMBERGK ZV VACH

IVR. DOCT. ET PROF. ORDIN. SERENISSIMIS HASSIAE LANDGRAVIIS  
IN IUDICIO AVLICO A CONSILIIS

---

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
RITE CAPESSENDI  
AD DIEM XIV MARTII CCLXXI

H. L. Q. S.  
ILLVSTRIVM ATQVE EXCELLENTISSIMORVM  
ACADEMIAE PROCERVM DISQVISITIONI  
SVBMITIT

AVCTOR ET RESPONDENS  
CAROL. CHRISTIAN. LAPPENVERS.  
ALLENDORFIO AD SALINAS HASSVS.

KONFRED  
ENIVERS.  
ZVHALLE

MARBURGI CATTORVM  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

